

1511.

Sigismundus I. Rex Poloniae,
 Joanni de Lasco Archiepi:
 scopo Gnesnensi.

192

Reverendissime in Christo Pater
 et Domine sincere nobis Dilecte.

Scribit nobis Venerabilis Stavisha:
 us Gorecki Custos Plocensis De con:
 cordia quam fecit cum nepote Pa:
 ternitatis Vestre, supplicans No:
 bis, ut presentationem ad Ple:
 banatum Piotrowiensem, et con:
 sensum ad pensionem in custodia Plo:
 censi statuendam illi daremus. Nos
 quidem presentationem ad Pleba:
 natum Piotrowiensem dari fecimus
 huic Generoso Petro De Wrocznowice
 Paternitatis Vestre defendendam.
 Sed quod ad pensionem attinet non
 libenter eam in Sacerdotio nostro
 videremus ad hoc exemplum reli:
 quis id petendi preberemus, et su:
 spendimus rem ad id tempus, quo erit
 apud nos Paternitas Vestra. Itaq;
 postulamus ab ea, ut in hoc nego:
 tio tantisper supersedere velit.
 Et bene valeatis. Ad

